



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

53 Est ratio ne quis annexos ordinet ullos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

In hoc libro perverto est epistola ejusdem Alexandri ad Germanum Rhemensem Archiepiscopum: cui hoc idem consilium datur, quod Ramaldo Constantiensis Episcopo se dedisse narrat.

DISTINCTIO LIII.

Utriusque autem, ut supra a scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab Ecclesia repelluntur, plurimum incommoda ecclesie consequuntur: vel quia idem curiales non vero religionis, sed ut officiorum suorum rationem fugiant, ad ecclesiam se transferunt.

C. I. Quare sit constitutum, ne curiales ordinentur.

Unde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. 11. Episcopi Sicilia, de lege Mauriis Augusti.

Egredi, quam piissimus Imperator dedit, ne foras hi, qui militiam, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis convertantur, vestre studii fraternitati transmittere; hoc maxime exhortans, quod hi, qui seculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesie praeterpropterea suscipiendi non sunt: quia dum in ecclesiastico habitu non dissimuliter quam vixerant vivunt, nequaquam student saeculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quoque monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a rationibus e publicis absoluti fuerint. Si qui vero ex militaribus viris in monasteriis converti festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et juxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari, & tunc monachicum habitum Deo auctore suscipere.

Viris In aliquot versibus Gratiani exemplaribus, & a post Ivonem legitur, numeris, ut significentur milites in bracculo, seu matricula descripti.

DISTINCTIO LIV.

Erunt autem ordinari prohibentur, nisi a propriis dominis libertatem legitimam consequantur.

C. I. Servus ad clericatus officium non promoveatur.

Unde Leo Episcopus scribit epist. 1. omnibus Episcopis per Campaniam, &c.

Nullus Episcoporum d servum alterius ad clericatus officium promovere praesumat, nisi forte eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eo vindicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divinae militiae est aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

Nullus Caput hoc videtur confectum ex titulo, qui in codice canonum proponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsius decreti, in qua exceptio eorum, qui prius status, continentur prius autem pars, quo hic deest, habetur in eadem admittuntur.

C. II. De servili conditione nullus ad sacros ordines deveniat.

Item ex concilio Triburiensi 1.

Nulli de servili conditione ad sacros ordines promoveantur, nisi prius a propriis dominis legitimam libertatem consequantur: cujus libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur, & si nullus contradixerit, rite consecrabitur. Porro servus non canonicè consecratus, postquam de gradu ceciderit, ejus conditionis sit, cujus fuerat ante gradum.

a Dist. 31. c. designata. b Ivo p. 10. c. 124. c al. adhibuit orig. d Poly. l. 2. tit. 31. Anst. l. 7. c. 28. Burch. l. 2. c. 22. in sm. Ivo p. 6. c. 64. e Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 21. Ivo par. 6. c. 41. Pam. l. 2. c. 41.

Concilio Triburiensi] Hujus capitis in conc. Tribur. c. 29. sententia potius habetur, quam verba, que aliqui ex parte videntur convenire cum his, que scribuntur lib. 1. Capitul. c. 88. de ordinatione servorum, vers. & quandoqueque.

C. III. PALEA.

[Ex concilio Carthaginiensi 1. primo, cap. 1.]

Magnus Episcopus Aftiagenis dixit, quid dilectioni vestrae videtur, procuratores, actores & executores, seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus Episcopus dixit: si post deposita universa, & redita ratiocinia, actus vite ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent & cum laude, cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Univerfi dixerunt, recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est, & nostra ista quoque sententia.

1. Carthaginiensi] In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Ivone, decretal. in c. uni. de oblig. ad ratioc.

2. Ecclesia infamatur] Sic emendatum est ex concilio, & decretal. Burchardo, & Ivone. Antea legobatur, ab ecclesia infirmatur.

C. IV. Post donum libertatis famuli ecclesie revocentur in clerum.

Item concilio Toletano IX. cap. 11.

Qui ex familiis ecclesie servituri devocantur in clerum ab Episcopis suis, necesse est, ut libertatis percipiant donum: & si honeste vite clauerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis. Quos vero flagitii fordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religer in catenam.

Qui autem ordinandi, a dominis suis libertatem consequuntur, ab eorum parociano penitus debent esse alieni, ut in nullo eorum obsequio inveniantur obnoxii.

C. V. Ad clericatum suscipiuntur qui nullo obsequio retento, a Dominis suis libertatem percipiunt.

Unde in concilio Toletano IV. c. 72. legitur.

Quicumque d libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retentent, isti si sine crimine sunt, ad clericatus ordinem liberi suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo, quod adhuc patroni servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis servi.

C. VI. PALEA.

[Ex concilio Toletano 1. cap. 32.]

De servorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos promoventur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, ut nullus Episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere praesumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et si quilibet servus dominum suum fugiens, aut h per literas, aut adhibitis testibus munere conductus, vel corruptus, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est, ut deponatur: & dominus ejus eum recipiat. Si vero avus, vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse si-

a Ext. de oblig. ad ratioc. non ordin. cap. magnus. Burchard. l. 2. c. 36. Ivo p. 6. c. 37. b Ivo par. 6. c. 373. c al. famulis. d Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 25. Ivo p. 6. c. 126. Pam. lib. 3. cap. 46. e crimine capitali. orig. Capi. l. 1. c. 88. f Ext. de serv. non ordin. c. 2. Burch. l. 2. c. 31. Ivo p. 6. c. 132. Pam. l. 3. c. 163. g in d. servit. promovetur. capitul. h aut latrunc. capitul.

